



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

V. Ad lehouam Deum.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

N. REVSNERI

*Et corporis si non potes, tuæ saltem
Animæ salutem somnia. pijs quippe
Istud venit cœleste somnum portis.
O Somnium aureum, ô entheas Deum noctes.*

III.

In somnia aurea.

*Repperit haud aurū, in somnis qui somniat an
Aurea cur tandem somnia nostra voco?
Sunt aurum pietas homini, virtusque, Deus
Somniat hæc si mens, aurea nonne vocem?*

IV.

In noctes Entheas.

*Nomino diuinias, vigilatas non sibi noctes:
Sed vigili vigilat quas mea Musa DEO*

V.

Ad Iehouam Deum.

De Symbolo suo.

*Si FORTITUDO, si SALVS, si LA
(MEA)*

*Quod symbolum te prædicat, DEVS, mem
Nunc fortitudo, nunc salus, nunc laus mea
Sis ô, Deus: membris sic dum languentibus
Nec fortitudo, nec præsens adest salus.*

IN S O M N I A.

Si fortitudo, si salus nunc es mea :
Æterna iam futura laus mea es D E V S.

VI.

Ad Iesum Christum.

Qui me de nihilo fecisti : quique relapsum
In nihilum, primi vitio Patris, atque me apte
Restituis culpa toties, totiesque reformas :
Sit tibi cura mei, dum langueo, Christe : nec ira
Corripe me, pœnam meritum, noxasque fatenem.
Nam mea cur tetricus merita , aut benefacta re-
(quiras?)
Quin merita obijcas potius tua, respice quæso
Me clemens, morbo fractum, morbique dolore :
Et quod es, hoc mihi sis dulcis seruator I E S U S.

VII.

Ad Spiritum Sanctum.

Dum color infestat moribundos corporis artus :
Tu mihi tu requies cœlitus Aura veni.
Aura veni, Patris, & natu spirabilis aura :
Afflatu recrea languida membratu.
Tu lassum firma : tu consolare iacentem :
Tu vires ægro suffice quæso tuas.
Te sine nil ego sum, quantus sum : nil homo totus :
Te sine cor languet, mens mea torpet iners.

A s Tu